NOVA CARMINA MICHAELANGELI CIVILETTI

Michelangelo Civiletti



NOVA CARMINA

MICHAELANGELI CIVILETTI

« Musis amicus tristitiam et metus
Tradam protervis in mare....
Portare ventis ».
Horat., lib. I. ode XXI.

PANORMI
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA C. TAMBURELLO
Via Macqueda, Palazzo Castelluzzo, Num. 280.
MDCCCLXXII.

200

TIBI

MICHAEL ANGELE CELESIA

PANORMITANAE ARCHIDIOECESIS PASTOR

QUI

INGENIO, INTEGRITATE, DOCTRINA

OMNES PRAEDECESSORES TUOS

ANTECELLIS

ET VIRILITER ANIMOQUE MAGNO

DETRACTORUM CALUMNIAS AC MINAS SUSTINENS

TEMPORE DIFFICILLIMO

PATRIAEQUE FATIS ADVERSIS

PRUDENTER, PERAMANTER, FIDELITER

OVES AD SALUBRIA PASCUA DUCIS

HOC MEUM TENUE MUNUS

HUMILLIME

O. D. C.

I.

PATRIAM NIMIO MOERORE CONFECTAM

SOLATUR POETA

CARMEN

Pone, Triquetra, metum: nam hostilis secta peribit.
Quidve timere potes? quid tu suspiria rumpis?
Cur tristis, cur moesta tuos heu! conspicis omnes
Natos? Pone, Triquetra, metum; consurge serena;
Optatum nobis veniet patriaeque triumphum,
Quod jam carminibus centum cecinere poetae.
Pone, Triquetra, metum; si te nunc multa flagella,
Multaque dilaniant mala, conanturque per urbem
Fundere cives fletus, moerentesque precari,
Crede canenti, tandem summi dextra Tonantis
Ausoniae hostes, et crudeles, atque latrones,
Et Satanae socios, et quos dementia coepit,
Pontificem conservans, praecipitabit in orcum.

Nec fallor: sunt Christi dicta aeterna Satoris:
Ipse potens vincit, regnat, semperque triumphat.
Felix, qui servatur et illi corde fidelis!
Felix hostibus hostis, qui spoliantque premuntque
Templa vetusta Dei, gazas rapiuntque furentes!
Pone, Triquetra, metum; en venit, en toto orbe refulget
Illa dies, quae laetitiam et fert gaudia justis!
Et si nunc *fugere pudor, verumque, fidesque,*
In quorum subiere locum fraudesque, dolique,
Insidiaeque, et vis, et amor sceleratus habendi:
Iustitiae veniet tempus, venietque beata coruscis
Candidior Pax astris; bella cruenta fugabunt.
Post varios casus, veniet jam carminis aetas;
« Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo »
Iam redit et virtus, redeunt Saturnia Regna.
Eja, precor, tanto tu laetare omine tellus,
Nec rursus debes passis plorare capillis!

II.

PIUS IX PONTIFEX MAXIMUS

A VANILOQUI SAECULI IMPIETATE

TRIUMPHAT

ODE

Cur sacri septem sonuere colles?
Tota cur gaudet, rutilatque Roma,
Et sacerdotes populique mundi
Carmina solvunt?

Una vox clamat: Pius ecce vicit,
Terruit sectam, pepulit tyrannos;
Una vox clamat: Pie magne, salve,
Victor averni!

O Deus! quo, quo scelerata secta
Irruit? quo quo Vaticani iniquae
Hostium turmae fugiunt sonantis
Tibridis oris?

Quo, quo conatus, furor, ac feroces
Sunt minae regum, insidiae potentis?
Quo, quo dementes Domini rebelles
Praecipitarunt?

Ecce non sunt: cecidere victi,
Dum Pius solus sine caede et armis
Vicit; et fulget novus ordo rerum,
Hoste repulso.

Squallida et victis manibus, per orcum
Haeresis fugit, populos relinquens:
Et stupent reges, trepidant ministri
Hesperiaeque.

Iam Fides centum redimita lauris
Emicat terris, nimium petita
Venit Astraea aspiciens tribunal
Sistit amica.

En Petri navis celer et triumphans
Ad suum portum placidum cucurrit;
Nam inter obscuras tenebras repente
Stella refulsit.

O nimis felix, nimis o beatus
PONTIFEX ET REX, Pie summe noster!
Te canent gentes sub utroque mundi
Axe jacentes!

Te canet coelum, canet atque tellus;
Te sacerdotes, pueri, senesque,
Virgines castae, simul atque sponsae,
Teque poetae.

PONTIFEX ET REX benedicte, salve!
Hostium terror, pater o tuorum;
O salus nostrae Italiae, salusque
Urbis et Orbis!

III.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΡΟΣΑΛΙΑΝ ΠΡΟΣΤΑΤΙΔΑ ΤΗΣ ΠΟΛΕΟΣ ΠΑΝΟΡΜΟΥ ΕΠΗ [1]

Αἰδοίην χριστοῦ ἀπάνευθεν ἀμύμονος οἴκου
Παρθένον ἐν σπέσσι γλαφυροῖσιν ἔρυκεν ἐέλδωρ,
Τῷ πτερόεσσαν Κεῖνος ἐδέξατ' ἀπείρεα ψυχήν.
Πᾶς τις πρὸς πόλον ἀγναῖας νῦν χεῖρας ἀράτω,
Ποιήσας ταύτην ἀγανόφρονα μείλιχον εὐχήν.
Εὔθρονε Νύμφη οὐρανίη τρέπε ὄμματ' ἐς ἡμᾶς.
Καὶ πολυπήμονα πείρην δαίμονος ἀγριοθύμου
Τὺ, δείξασα ἀλυπίαν ἡμῖν, τῆλοθι βάλλε.

Π. Φ. Μ.

(1) Questi esametri furono composti dall'egregio e dotto grecista sac. D. Filippo Matranga, (la cui gentile amicizia mi è molto cara), in occasione della solenne Accademia, che teneva il *Circolo S. Rosalia della Gioventù Cattolica in Palermo*, la sera del 4 settembre c. a. nella Chiesa di S. Giovanni dei Minoriti. Io ne ho fatta la versione in altrettanti esametri latini, che dò qui appresso, e che lessi nella detta Accademia. Bellissimi sono questi esametri greci, nei quali, oltre di ammirarsi robustezza e precisione di stile, nobiltà ed elevatezza di pensieri, si mostra senza dubbio il Matranga anche in fatto di greca letteratura peritissimo, e che di quando in quando, riposando dai suoi diletti studi archeologici e dalla elegante traduzione delle sublimi *Omelie di S. Giovanni Crisostomo*, non è secondo a nessun altro nel dettar versi con quel gusto con cui sono scritti quelli di Omero.

Versione letterale dello stesso

Dulcis amor Christi, genitoris traxit ab aula
Virginem in imis solivagam remanere cavernis.
Ille fidelem animam cupiens excepit amantis,
Quae saeclo volitabat clara ad sidera Olympi.
Eja, Patronum urbis sic quisquis corde precetur:
Coelestis, solio quae assides Sponsa corusco,
Ah! tua cunctis lumina verte, ferosque repellens
Doemonis ictus, praebe precor, Tu gaudia nobis!

IV.

Η. ΑΚΑΔΗΜΙΑ. ΑΥΤΗ. [1]
ΤΩΝ. ΝΕΩΤΕΡΩΝ. ΣΥΜΠΟΛΙΤΩΝ. ΣΟΥ.
ΠΡΟΣΦΩΝΗΘΗΣΑ. ΣΟΙ.
Ω. ΜΑΚΑΡΙΑ. ΠΑΡΘΕΝΕ. ΡΟΣΑΛΙΑ.
ΕΝ. ΤΑΥΤΗΙ. ΤΗΙ. ΗΜΕΡΑΙ.
ΕΝ. ΗΙ. ΓΗΘΕΝ.
ΠΡΟΣ. ΤΑΣ. ΟΥΡΑΝΙΟΥΣ. ΣΚΗΝΑΣ.
Η. ΚΑΘΑΡΩΤΑΤΗ. ΣΟΥ. ΨΥΧΗ.
ΕΠΕΤΑΣΘΗ.
ΤΗΙ. ΑΘΑΝΑΤΩΙ. ΣΟΥ. ΜΝΗΜΗΙ.
ΔΟΞΗΣ. ΚΑΙ. ΤΙΜΗΣ.
ΑΜΑΡΑΝΤΟΝ. ΣΤΕΦΑΝΟΝ.
ΠΡΟΣΦΕΡΕΙ.

Π. Φ. Μ.

(1) Anche questa inscrizione, ch' io pubblico per far cosa grata ad un mio insigne amico cultore delle belle lettere, venne dettata dal Matranga, in occasione della sopradetta Accademia. Per intelligenza di chi non sa il greco, è qui sotto tradotta in italiano.

Traduzione letterale della greca Inscrizione

QUESTA. ACCADEMIA.
DEI. GIOVANI. TUOI. CONCITTADINI.
DEDICATA. A. TE.
O. VERGINE . . BEATA . . ROSALIA . .
IN. QUESTO. GIORNO.
NEL. QUALE. DALLA. TERRA.
VERSO. LE. CELESTI. DIMORE.
LA. TUA. PURISSIMA. ANIMA.
VOLÒ.
ALLA . . IMMORTALE. TUA. MEMORIA.
DI. GLORIA: E. DI. ONORE.
UNA. INCORRUTTIBILE. GHIRLANDA.
OFFERISCE.

V.

IN ADVENTU
MICHAELANGELI CELESIA
PANORMI ARCHIEPISCOPI

ELEGIA

Surge, Panorme, precor, venienti carmina solvens;
Ire dies vultu candidiore jubet!
Vosque sacerdotes, post tot discrimina, tandem
Tangite inauratae pollice fila lyrae.

« Eja agite, o pueri, et percingite tempora lauro;
Sicelides Musae, tollite ad astra sonum ».
Jam trepidans pallescit secta, lupique rapaces
Coguntur Christi linquere ovile patens.
Sique peregit nuper Romae perfida turma
Coetum dementem, cum sociisque....
Nos hic Praesulis advetum celebramus ad aras,
Saecli spernentes vana, virosque reos.
Salve, o columen cleri, o decus omne tuorum;
Salve, mi Praesul, cui bona cuncta placent!
Salve, fortis pastor, salve astrumque coruscum,
Quod splendis terris his quibus ecce venis!
Nec Tu despicies votivi carmina serti,
Quae mea nunc offert territa facta manus!
Te clerus, Te plebs, Te dives, Teque salutat
Pauper, qui vigilem repperit ipse patrem.
In Te virtus, ingenium, doctrina refulgent,
Et pietas vera, et zelus, et omne decus!
Auguror urbis dulces degustabis amores,
Quae multum optavit Praesulem habere suum.
Auguror ac istum clerum, populosque fideles;
Non Te terrebit gens male docta dolis.
Auguror, et pacem almam, divitiasque tyranni
Hesperiae nostrae, quas rapuere tibi!
O felix ergo mea nutrix Patria, quamvis
Omnia Sella rapax accipiter rapuit.
Patria felix, quam nimium Immortalis amavit
Magnanimusque Pius, quem hostis inique premit!
Justitia, o Michael, socii, aequalesque ministri
Sint tibi continuo consiliisque tuis.
Sancta et nunc tua qui fastidit jussa rebellis,
Hostis sit coelis, hostis et ipse sibi.
Nubila sunt subitis jam nostris tempora fatis,
Tu vinces studio, nam *omnia vincit amor*.
« Meque tot adversis cumulant, quot litus arenas;
Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet »:

« Vere prius flores, aestu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusque nives! ».
Sed nuc, dic mihi, cur tu, dulcis Diva Eliconis,
Cur cessas laetos ore ciere modos?
Quid dubitas? quid Musa, times? nil mitius ingens
Praesulis orbis habet. Annuet ille, roga.....
Implora ut dextram Antistes mihi tollat amatus,
Et voti compos denique cantor erit.

VI.

AD B. VIRGINEM

HYMNUS

Mariae sumus in fide,
Puellae et pueri integri;
Mariam, pueri integri
Puellaeque canamus.

O Virgo et Mater Numinis,
Quam Beatam urbes invocant,
Tu coelo fave filiis:
Tu potens esto nobis!

Patria jam gemit inclyta,
Expetitque nunc moerens
Quae bona quondam habuit,
Et dulcem pacem simul.

Heu! sectae dira dextera
Cuncta per urbem destruit;
Tu nostram, ut solita es bona,
Sospites ope gentem!

VII.

PRIMI PARENTIS LAPSUM

REPARAT MARIA

(libera parafrasi d' una cantica in terza rima)

CARMEN

Et primos Cherubim pellebat dextra parentes,
Qui Edenis tunc fructus deliciasque reliquunt.
Iamque sua in Paradiso rursus lumina vertunt,
Conspiciuntque statim custodem liminis illic
Ac redeunt tremefacti. En autem turma malorum
Omnes comprimit, et genus extorquebat Adami.
Nubibus ecce nigris velatur Phoebus; eburnam
Aligeri chelydem linquunt, linquuntque canora
Carmina. Luctus ubique, dolor, gemitusque sonabant.
Pallida sed procul Eva suas ad sidera palmas
Frustra tollit, respiciens moestissima diram
Illa catervam, quae veniebat pone, dolorum.
Ast aeternum, quod mundi moderatur habenas
Numen, et orbem nutu quassat cardine totum,
De casta laetum sine culpa Virgine fatus.
Insonat hymnis aether, dum sol pulchrior orbe
Flammiferis jam spargit equis spumantibus ignem.
En Deus ut rutilum cernit consurgere sidus
Atque Puellam nube; istius planta premebat
Anquem antiquum, qui dum illi calcanea mordet,
Sibila lambebat, suffectis sanguine et igni
Luminibus, flammasque ferox vibrabat averni.

Interea pater omnipotens meditatur Olympo
Justum: hic de cruce pendens monstrat vulnera acerba,
Cujus adhuc fumante cruore ehu! terra madescit.
Sic quoque Numinis ira quievit; namque futura
Olli panduntur. — Vos, qui pallore referti,
Mortis in umbra fletu continue ora rigatis,
Surgite de somno, mecum aspicite... ecce Redemptor!
Accelerat gressus veniens, et saecula currunt.
Vos, horti Solymae florentes, vosque cupressi,
En nova lux micat; en Deus, en Deus omnibus ipse!
Castalides *Musae, paulo majora canamus:*
Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta fave Lucina; tuus jam regnat Apollo.
Demens!... quid cano? quae valet Israel inter amicas
Formosasque puellas alvo includere casto
Impollutum, Sanctum, Justum? quaeque vocatur
Immaculata? aut quae culpam non habebit Adami
In terris? Sed vox haec nostras fertur ad aures:
« Parce metu, vates, ac desine ducere voces
Longas in fletum ». Tunc sacrum cerno prophetam,
Qui, lacerans velamen nobis omne futuri,
Talia laetus ait divino incensus amore:
Virgo concipiet Puerum atque vocabitur ipse
Emmanuel. Iam dixerat et vox personat orbe,
Descenduntque animis in moestis dicta poetae.
Quid miror? quae ceu formosa columba volavit
De Libano gaudens nimium, pulcherrima, casta?
Dulcis odor pluit auratis, purisque capillis;
Nix est vestis; sol vultus; stant lumina stellae,
Atque venustates ostendens inclyta Diva,
Pascitur inter lilia, planta conteret anquem;
Purpureisque rosis caput ornat dextra pudica.
Pulchra, veni! veni amica o candida, basia figens!
En coelestis amoris tempus; frigida demum
Transit hyems, aperitque sinum iam terra benigna

Floriferum; volucresque canunt et turtura luget;
Omnis vitis olet, variorum flore colorum
Prata rubescunt; ah! veni et Adae dilue culpam,
Et mortis miseris succurre sedentibus umbrae!
Praebuit aurem vocibus haec divina precantis
Sion Filia, cunctas inter amata puellas;
Aggrediturque iter, et Numen pervenit ad ipsum.
Quae est ista exultans, quae ut terribile agmen in aethra
Sistitur? unde venis, quo tendis, Virgo venusta?
Quid quaeris? Vertens sua lumina, talia fatur:
« Gaude, poeta, nimis: tu dulciter incipe nostra
Gesta dolentem gentibus his cantare per orbem,
Quae magis atque magis dicent per saecla beatam;
Namque potens qui est fecit nobis magna, suumque
Sanctum Nomen. Visne ego quae sim agnoscere, vates?
Ipsa MARIA appellor (sic dic carmine terris),
Quam drago non vicit, nec primi culpa parentis.
Nondum erat aether, nondum pontus, sidera, tellus,
Nondum flumina, prata ac sylvae, quando tenebam
Imperium coeli. In me venit spiritus almus,
Qui me ducit, me firmat, servatque pudicam.
Gratiae ego vas plenum, sancto a Numine factum;
Coeli janua sum, domus aurea, foederis Arca.
Sara, Rebecca, Rachel, Hester, Iudith, Anna, Noemi,
Nulla quibus meruit mundi generare parentem:
Ut solis radius, qui flammifer atque rubescens
Vitrum-dum penetrat, nil aufert forte nitoris;
Inque sinu sic Verbum venit nubibus isto,
Cui faecundans jucundum, nimiumque beatum
Fructum donavit, remanens purissima semper;
Quin etiam mihi honores, omne fuere decusque
Virginis et Matris; tunc nobilitansque, beansque
Humanam plane naturam, omnesque redempsi.
Nam vix descendit Gabriel, qui aeterna Satoris
Verba tulit, nec jussa recusans, ista canebam:
Ecce Ancilla Dei! mihi fiat, Dive, secundum

Verbum, quod coelis nobis demittitur altis ».
Dixerat, et subridens ehu! mortalia demum
Regna relinquens, in tenuas se sustulit auras!
Ast ego suspirans, moestusque dolensque remansi,
Nam cupiebam vultum Virginis ipse videre
Nocte dieque, et contemplari dulciter hujus
Formam. Sed tamen hos coepit lyra promere versus:
Salve, Virgo et Mater! Salve Filia Nati,
O humilis simul ac alta, o maris aurea stella!
Qui ad Te non currit, vult audax ille volare
Ad coelum dum alis caret, et juvamine tanto!
Electa ut sol, ceu decrescens fulgida luna;
Tu Virga Aronnis florens, rubus atque coruscus
Moysi, qui inter flammas unquam inceaditur ardens;
Iris Tu coelestis, gaudium et aetheris omne,
Tu nivis et superas candorem; Aurora serena,
Gloriae Abyssus, Radix Jesse, Fons Paradisi;
Palma Cades, Myrrha, campis speciosaque oliva,
Victrix haeresis, ac justorum dulce levamen.
« Salve, praesidium urbanum, *Immaculata Maria!*
Tot tibi sunt dotes, Virgo, quot sidera coelo;
Salve, procerae laurus stirps, Mater Iesu!
Salve, versicolor coelum, nova amabilis Eva;
Te sine labe creavit nulla Numen, ut unde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem.
Et velut in spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil, quod laedat habens, matremque obscurat honore:
Sic Evae de stirpe, sacra veniente Maria,
Virginis antiquae facinus nova Virgo piavit! ».
Salve, terque quaterque beata; Piumque libenter
Cerne benigna tuum; Vaticano suffert iniquos
Ille tyrannorum conatus, suffert et iras
Sectae; suffert regum tristitiamque scelusque.
Percute diros, et fove Pontifici, fove nobis,

Qui nos salva omnes clamamus, namque perimus.
Auxilium patriae mitte huic, hostesque repelle,
Et fac ut pacis veniant nunc tempora dulcis!

VIII.

IN MICHAELANGELUM CELESIA

PANORMI ARCHIEPISCOPUM

ODE

Ætas nefandas intulit urbibus
Sortes, tyrannis; regnaque candida
Virtus reliquit; terras regit
Mollities animosque gentis.

Plorat Panormus, quem mala comprimunt;
Plorat Satoris sponsa doloribus,
Et Vaticanus nunc impune
Secta virûm dominatur altus.

Cives fames jam dilaniat vorax;
Christi Sacerdos carcere Maximus
Detentus; cheu! corrumpit
Perque vias Cytherea mores.

Ast inter aerumnas Deus en dedit
Nobis levamen; nam dedit Optimum
Antistitem, qui res illustris
Ecclesiae moderatur hujus!

Frustra rebelles voce, vel impiis
Scriptis minantur perfidi amabilem
Pastorem. Iniqui! parcit vobis
En Michael generosus ipse.

Cur tam furor? vos quidve calumniae
Cogunt scelestae dicere saepius
Contra benignum et charum nostrum
Pauperibus populisque patrem?

Non terret ille, et vos neque jam timet,
Qui turpe mundi opprobrium nimis
Estis, bonorum ac hostes coeli,
Gens vitiis celebrata cunctis.

« Iustum ac tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster,

« Dux inquieti turbidus Hadriae,
Nec fulminantis magna Jovis manus:
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinae! »

Salve, verende o Pastor amabilis!
Te nunc salutat (squallidus et miser
Quamvis petitam speret pacem),
Carminibus chelydeque Oretus.

O quot potentis dextera Numinis
In Te peregit munera! O mea
Felix profecto tellus dulcis,
Quae Michaelem habuit doctum!

Exempla zeli Tu quoque clericis
Tam mira prodis; jamque sub asperae
Iugo gementem servitutis
Aggredièris relevare gentem.

Quando triumphi perveniet dies;
Quando ruebunt arma potentium,
Et magnum salvum Roma videt Pium:
Te populus celebrare debet (1)!

IX.

AD DIVAM ROSALIAM

QUUM SAEVA LUES

Anno 1866

PANORMEIS TERRIS HORRENDUM IN MODUM GRASSARETUR

ODE

Gemma coelestis pretiosa regni,
Heu! panormeas sine pace moestas
Cerne tellures, miserasque cives
Urbe dolente!

(1) Io nutro in cuore la più viva speranza, che questi miei ardenti voti saranno ben presto compiuti; ed allora, avveratosi il pieno immancabil trionfo della Cattolica Romana Chiesa, (nostra cara ed affettuosa madre, cui tutti dobbiamo venerazione, ubbidienza e rispetto), noi lietissimi al suon della patetica lira scioglieremo al Dio Immortale degli eserciti l'inno della vittoria, dicendo, come altra volta il libero popolo d'Israello: *Cantemus Domino: gloriose enim magnificatus est; equum et ascensorem dejecit in mare!* (Cant. Moysi, *Exod.* 15).

En lues vitas resecans tuorum,
Festa qui cultu celebrant quotannis;
Saeva grassatur, patriaeque nostrae
Inficit auras.

Virgines frustra Dominum precantur
In suis templis; sua jam per aras
Offert incassum pavidus fidelis
Vota precesque.

Veste lugubri induit hic sacerdos,
Et rogat Numen manibus supinis:
Sed suas alto lacrymas Olympo
Temnit amaras.

Heu! viae lugent miserae Triquetrae:
Hic cadet pastor prope fessus arva,
Dum ferit simas veniens capellas
Pestis acerba.

Hic sonant magni gemitus doloris;
Lumina en tendit pater hic ad astra,
Vix suum natum rapuit tenellum
Morbus iniquus.

Undique est horror; resonant agellis
Flebiles voces morientis omnis;
Undique est horror, dolor, ira, planctus
Surgit ubique.

Ut per autumnum madidum caducae
Excidunt frondes, spoliuntur altae
Arbores: sic densa perit l'anormo
Turba virorum.

Iam casae, et campi, et loca cuncta plena
Mortuis foetent. Cherubim *rubente*
« *Dextera sacras jaculatus arces,*
Terruit urbem.

« *Terruit gentes grave ne rediret*
Saeculum luxus, nova monstra quaestae »,
Quando plebs demens Venerem impudicam
Ista colebat.

« *Quem vocet divum populus ruentis*
Imperi rebus ? prece qua fatigent
Virgines sanctae minus audientem »
Vota Mariam ?

Quis meos fratres poterit periclo
Vellere in tanto? Populi Panormi,
Quisve vos salvat, quis ab urbe pellet
Justa flagella?

« *Diva, cui flores tribuere nomen,*
Et pias Regum dedit aula cunas:
Aspisce afflictam patriam, imminentem
Arce ruinam.

Nonne adhuc tu es nostra potens Patrona,
Quam pie multum veneremur omnes?
Pelle Tu morbos, benedicta Diva,
Moenibus istis !

Audit e coelo ROSALIA; et ille
Linquit iratus Cherubim pharetram;
Ad beatorum subito cucurrit
Denique sedem.

Tunc micant auro rutilantque gemmis
Templa; tum fùgit Libitina nobis;
Munera ac Divae quoque consecravit
Gens tremefacta,

Quae duo montes quoties celebres
Visitat, traxit toties salutem:
Rursus et laetus peragit per annum
Festa Senatus.

X.

ODE (1).

Cui rudes versus, comites, dicemus
Quos canemus nunc modulabimurque
Docto et insigni fidibus canoris
Corde Iosepho?

Praesuli illi Parthenopes honori,
Qui piis nostri Antistitis verendi
Annuens votis, satis eloquentem
Misit in urbem.

(1) È questa un' ode saffica, ch' io composi alla partenza di un dotto oratore, mandato a predicare la quaresima nella nostra cattedrale, dall' Eminentissimo Cardinal Sisto Riario Sforza, illustre personaggio di meriti ricolmo e di dottrina, onore e gloria della bella Napoli, la quale può andar superba a buon dritto d' avere un tanto benemerito porporato; mentre manca alla nostra Palermo, ed io credo che certissimamente l' avrà quanto prima nella persona degnissima e per tutti i riguardi meritevole del nostro Arcivescovo Mons. M. Celesia, che Dio ci conservi per lunghissimi anni, a bene della Sicula Chiesa e della Patria.

Praesuli, qui, de patria repulsus,
Inter effusas lacrymas suorum
Semitam bis jam exilii petivit
Sorte maligna.

Praesuli qui, tot superans labores,
Patrias sedes humilis revisit,
Hostibus moestis, miserisque laetis
Civibus urbis.

Ille lux Cleri, pater indigentum;
Ille justorum ac miserùm lenimen,
Ille dilectos populos gubernat
Persapienter.

Ioseph adventus, venerande Xyste,
Suscitans nobis tenuem poesis
Crede, scintillam ingeniumque **nostrum,**
Saepe **canemus.**

Tum suam mentem, tenerosque versus
Rhetori experto juvenes sacrabant:
Tota tum tellus resonabat hymnis
Dulcibus ista.

Quid canam nunc de celebrando **Ioseph,**
Si suis verbis populi Panormi
Saepe mutantur, nova surgit illis
Pectore **virtus ?**

Quid canam si vox sua quot reorum
Corda scindebat, lacrymisque plenus
Tunc domum justus repetebat omnis
Vivere sancte?

Quid canam, quid si quoties locutus
In Dei templis, toties tremiscit,
Atque pallescit truculenta turma
Haereticorum ?

O nimis tu, Parthenope beata,
Quae vides semper faciem pudicam
Illius Christi Domini ministri,
Teque saluto !

O nimis, Praesul, nimiumque felix,
Nam sacerdotem tibi tam fidelem
Possides ! o nos simul et beati
Namque videmus !

Praesuli tanto date, quaeso, honorem;
Praesulem nunc laudibus, et canora
Tollite ad coelum, celebremus omnes
Voce, sodales.

Sed quid inquam de pietate tanti
Praesulis, si lux radians per orbem
Atque cleri est? Parthenope, parentem
Aspisce gentis !

Cum lues te perniciosa quondam
Terruit, vitas lacerans dolentes,
Quis pius venit miseris juvare
Aligeri instar?

Quis fuit? Xystus tibi tunc cucurrit,
Et die ac nocte Domini ministrans
Languidis corpus, relevabat omnes,
Pocula praebens.

Claver ut divus cupiebat olim
Sanguinem ipsum fundere pro salute
Sordidae turbae, Satanaeque victae
Mancipiorum:

Dulce sic flagrans ovium tu amore,
Solus ad moestos veniens fideles
Squallidos aegros recreasti in urbe,
Inclyte Xyste!

Propriis nam posthabitis periclis,
Omnium Tu prospiciens saluti,
Per vias ibas tenebrasque noctis
Visere fratres.

Pauper et dives, reus atque justus
Te patrem dulcem, populûmque amantem,
Cum lues rursus vitiavit auras
Repperit illic.

« Charitas toto dominata mundo! »
Cuncta, quae suffert patiens, benigna;
Quae neque inflatur, sua nec requirit,
Sed bona fratrum!

His tibi Numen meritis, coronam
Addidit, Princeps generose, in aethra
Auream; in libro et tua magna vitae
Gesta refulgent!

XI.

AD DULCEM AMOREM MEUM

PIUM IX.

QUEM DEUS NOBIS SOSPITEM SERVET

ODE (1)

Salve superbi, Magnanime o PIE,
Lumen repleti crimine saeculi!
Salve, novae legis Sacerdos,
Pontificum nimiumque fortis!

Salve! canam Te, o Rex, pater omnium,
Semper et lingua, et carmine; Te canam
Coram tuis laetus nefandis
Hostibus his, populisque stultis.

Pro Te minas, nec verbera principum;
Pro Te catenas nec, Pie, carcerem,
Nec mille tormenta ac iniquum
Exilium timeo, aut timebo.

(1) Improvvisai questi pochi versi quando mi fu offerta una bellissima fotografia (che conservo molto caramente) del nostro impareggiabile Santo Padre Pio IX, Pontefice e Re, di quest' uomo provvidenziale del secolo XIX, di questo miracolo vivente, terrore de' malvagi e consolazione dei buoni, che Iddio soccorra con la sua onnipotenza, e liberi presto dalla dura prigionia, come altra volta si degnò liberare dal carcere, per mezzo di un Angelo, il Principe degli Apostoli.

Pro Te libenter fundere sanguinem
Optans, amantes Doemonis insequor:
Pro Te, dies multos, pericla
Sustinui juvenis poeta.

Et vive diu, ut cernere nobilem
Possis triumphum, quod veniet tuum;
Sed vive diu Tu ad salutem
Hesperiae, patriaeque nostrae!

XII.

DIVAE ROSALIAE SINIBALDI (1)

HUJUS NOBILIS URBIS
IMMORTALI ET GLORIOSAE PATRONAE
QUAE POSTHABITIS DELICIIS
SPLENDIDAE AULAE ABDICATIS HONORIBUS
E PATERNA DOMO
IN PEREGRINUM TRASMIGRAVIT MONTEM
HODIE
SOCIETAS JUVENUM CATHOLICORUM
PANORMI
LAETA AC GAUDENS
CARMINA, VOTA, PRECES PURO PERSOLVIT AMORE.

(1) Questa inscrizione fu da me composta per l' Accademia, che tenne la Gioventù Cattolica di Palermo, e si leggeva insieme alla greca, francese, tedesca, inglese, spagnuola, italiana: le quali tutte furono poi sequestrate da un delegatuzzo perchè, non comprendendone un jota, credeva ch' esse fossero tanti proclami incendiarii incitanti il popolo a rovesciare il presente ordine di cose!!! — Vedi il periodico *La Sicilia Cattolica, già Ape Iblea,* N. 235 del 7 settembre 1872.

INDEX

Dedicatio . . . . pag. III

I. Patriam nimio moerore confectam solatur Poeta . . . 5

II. Pius IX Pontifex Maximus a vaniloqui saeculi impietate triumphat — *Ode* 6

III. ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΡΟΣΑΛΙΑΝ ΠΡΟΣΤΑΤΙΔΑ ΤΗΣ ΠΟΛΕΟΣ ΠΑΝΟΡΜΟΥ ΕΠΗ 9

Versione letterale dello stesso 10

IV. Greca inscrizione . . . . *ivi*

Traduzione letterale della greca inscrizione 11

V. In adventu Michaelangeli Celesia, Panormi Archiepiscopi — *Elegia* . . . . *ivi*

VI. Ad B. Virginem — *Hymnus* 13

VII. Primi parentis lapsum reparat Maria — *Carmen* . . . 14

VIII. In Michaelangelum Celesia Panormi Archiepiscum — *Ode*. 18

IX. Ad Divam Rosaliam quum saeva lues anno 1866 panormeis terris horrendum in modum grassaretur — *Ode* . . . 20

X. *Ode* 23

XI. Ad dulcem amorem meum, Pium IX, quem Deus nobis ospitem servet — *Ode* 27

XII. Inscrizione per S. Rosalia 28

SIMILITUDINI

DELLA

DIVINA COMMEDIA DI DANTE ALIGHIERI

raccolte ed annotate

DA

MICHELANGELO CIVILETTI (1)

Gli studî da me fatti per molti anni sulla *Divina Commedia* di Dante Alighieri, e le sovrumane bellezze, in essa ad ogni piè sospinto vagheggiate, mi fecero venire in pensiero di andar raccogliendo ed annotando tutte le *Similitudini*, che in quel divino poema si trovano; lavoro forse da nessun altro finora tentato, il quale, se mal non mi appongo, tornerebbe di non poca utilità e diletto alla gioventù studiosa, non meno che ai cultori della dantesca letteratura.

Nel secolo in cui viviamo si studia la *Divina Commedia* (e volesse Iddio che veramente si studiasse!) facendone ammirare ordinariamente qualche tratto magnifico, qualche canto sublime, come la Francesca da Rimini, il Conte Ugolino della Gherardesca, la preghiera che S. Bernardo fa a Maria, ed altri,

(1) Questa è una lettera, che scrissi ad un mio amico in Firenze, quand'ei mi manifestava il desiderio di veder presto affidate alle stampe le similitudini della *Divina Commedia*. Non l'avrei per fermo pubblicata in quest'opuscolo di miei *carmi latini*, se con iterate istanze colui, al quale la dirigeva non me ne avesse dato l'impulso.

i quali con tutta ragione dagli storici della italiana letteratura e dalla maggior parte degli italiani e stranieri scrittori vengono moltissimo lodati; e questi canti si comentano in mille guise, e qual modello da imitarsi ai giovani studenti si propongono. — Si è oggi tanto parlato e scritto da uomini gravissimi sullo scopo di quel poema, ed i più sonsi dalla vera via discosti volendone dare una intepetrazione, o alla men trista, non hanno imberciato nel segno; oppure sono iti dietro ai precedenti comentatori, *come le pecorelle escon dal chiuso* là nel Purgatorio; si è anche difesa, e giustamente, con forti argomenti la ortodossia dell'Alighieri; mentre vi è stato chi ha voluto mostrarlo, non so con quanta critica e buon senso, quale eretico, anzi precursore degli eretici dei secoli XV e XVI; e si è giunto ad aver la tracotanza di scrivere un'opera in francese, intitolandola: *Dante hérétique, rèvolutionnaire et socialiste: rèvèlations d'un Catholique sur le moyen âge*; — insomma quel poema, *al quale han posto mano e cielo e terra*, si è studiato ed ammirato per la disposizione delle parti in un solo simmetrico disegno stupendamente architettate; per la forza singolarissima degli affetti; per la invenzione delle pene sì nell'Inferno come nel Purgatorio; per le politiche e peregrine sentenze efficacissime, e tutte spiranti rettitudine e verace amor di patria; pel ricchissimo tesoro di teologiche, filosofiche e fisiche dottrine, onde tutto il lavoro è fregiato; pei dialoghi colla maggiore convenienza e naturalezza variati, secondo le persone e le circostanze; per la purezza, proprietà e leggiadria della elocuzione; per l'armonia del verso, e la chiarezza, brevità ed efficacia dello stile: pregi tutti pei quali la *Divina Commedia* può dirsi, dopo la Bibbia, il libro più conosciuto e studiato da tutte le nazioni, e tradotto in tutte le più colte lingue di Europa.

Però non si è punto posto mente, che nobil pensiero sarebbe quello di raccogliere ed illustrare le stupende similitudini, di cui è ricco oltre ogni credere il poema dantesco, e di farne un confronto con quelle, con le quali il Mantovano

poeta infiorò la sua *Eneide*. E chi non ammira, a mò d'esempio, questa naturalissima similitudine, la prima che noi troviamo nella *Cantica dell' Inferno*, (cant. 1.)

E come quei che con lena affannata
Uscito fuor del pelago alla riva,
Si volge all' acqua perigliosa e guata, ec.

o quell' altra del canto III:

Come d' autunno si levan le foglie
L' una appresso dell' altra, infin che il ramo
Rende alla terra tutte le sue spoglie: ec.

ovvero quella delicatissima del II. canto dell' *Inferno*,

Qual' i fioretti dal notturno gelo
Chinati e chiusi, poichè il sol gl' imbianca,
Si drizzan tutti aperti in loro stelo; ec.

oppure finalmente quest' altra del X. cant. del *Paradiso*, ch' è veramente bella e modello di poesia imitativa:

« ..... Come orologio, che ne chiami
Nell' ora che la Sposa di Dio surge
A mattinar lo sposo perchè l' ami,
Che l' una parte e l' altra tira ed urge,
Tin tin sonando con sì dolce nota,
Che il ben disposto spirto d' amor turge?

Dante è appunto nelle similitudini, che mostra il suo ingegno altamente poetico, originale, straordinario; ed io credo di non far cosa inutile quando darò fuori il volumetto, che tutte le contiene, e che già avrei in pronto, ma non pubblico ancora perchè l' epoca è avversa agli studii letterarii; ama meglio romanzi e giornali, e pochi si associerebbono, come pur

tristamente si è sperimentato fra noi, ad un'opera seria e degna per ogni verso di vedere la luce. Oggi, corrottosi il buon gusto mercè le cattive letture ed il forestierume venutoci d'oltre monte *colla sospirata redenzione, e con la molt' anni lagrimata pace*! pochissimi sono i veri cultori delle belle lettere e gli amanti del puro e pulito dettato. Introdotta oggi cogli opuscoli e coi periodici una lingua che non è nè pretta italiana, nè interamente francese, bensì uno strano miscuglio dell'una e dell'altra, e ch'io non dubito di chiamare barbara; oggi che *la nostra gente*, (come dice un illustre scrittore) *che è troppo presa delle cose non sue, ed ha per fermo perduto l'animo in quelle leggerezze forestiere, che ti fanno pietà; e il soverchio e vilissimo amore, che si ha delle ciance, che si predicano oltralpe, e la miserrima e ridicola imitazione, che si piglia di tutto ciò che ivi avvenga; come se alle menti italiane sia venuto meno ad un tratto la sapienza, e manchi a questo popolo magnanimità di fatti e di illustri ordinamenti, o non sia stato esso insegnatore d'ogni grand' opra al mondo; porranno ostacolo certamente alle nostre cure; e dovremo ancor sentire all'orecchie un barbaro cinquettare, fra tante bellezze di natura, e serena dolcezza di cielo* (1) »; oggi, dico, come mai potrà avventurarsi a dare alle stampe un libro di simil fatta, sapendo con certezza esser letto da pochi, e quindi avere inutilmente speso i quattrini?

(1) V. Vincenzo Di Giovanni *Modi scelti della lingua italiana*, Dialogo I. intitolato: *Il Leopardi ossia della purità della lingua e dello stile*, pag. 128: in cui il dotto ed eruditissimo prof. deplora il decadimento di nostra lingua, e maestrevolmente discorre del modo come ristaurarla. Questi dialoghi del Di Giovanni, benemerito della Sicilia e delle lettere, dovrebbono essere studiati dai nostri giovani vuoi per la eleganza con cui sono scritti, vuoi per le savissime riflessioni che vi si ritrovano, vuoi ancora per lo stile forbito adattatissimo al diaogizzare; ma i giovani di questi tempi invece (ahi sventura!) non fanno altro, che abbeverarsi alle putride fonti dei romanzi e delle gazzette!

Ecco ciò che per ora mi vieta di pubblicare questa raccolta di similitudini, e mi limita a darne questo semplice annunzio. Forse tempo verrà (e ne ho piena fiducia) alle lettere più propizio, e più propizio agli scrittori ed alla *serva Italia di dolore ostello*, quando finalmente, conosciuti una volta i cattivi frutti ricavati dalle indiscrete letture di pessimi libri, faran ritorno gli ingegni alla diritta via, che hanno smarrita, e *che mena dritto altrui per ogni calle*; e le scienze e le lettere amene, e la poesia saranno fervorosamente come prima coltivate e protette. Allora, io mi avviso, non saran mica sprecate le fatiche sostenute in fatto di letterarie e scientifiche discipline da quei pochi avventurati, che attualmente, nulla curando le asprezze e le avversità di questo malvagio secolo e ribaldo in cui *più dei carmi il computar si ascolta* (1), non *si indracano alle ghiande della terra, ma si pascono alle soavità e alle ineffabili dolcezze di un convito celeste* (2), studiando di continuo e volgendo con notturna mano e diurna, siccome canta il Venosino, i classici esemplari!

Se non che, tu, egregio mio Pietro, che ameresti veder prestissimo avventurate al mondo letterario le similitudini della *Divina Commedia* ed i comenti ch' io su d' esse ho fatto, non resterai pienamente soddisfatto leggendo le ragioni, le quali mi spingono a non pubblicarle per ora. E ne hai ben d' onde; imperocchè è questa forse la prima volta, che mi rifiuto ad appagare un tuo vivo desiderio. Ma contèntati, se non altro, d' avere in me un amico, il quale, più che la gente nostra intristisce e dai buoni studi con sua eterna vergogna si allontana, ed i perversi mestatori delle futilità dell' epoca presente insolentiscono e caldeggiano *le glorie immortali della Italia redenta*! più desso è preso dello studio delle lettere, e con maggior fervore che pria su la meditazione di esse si pro-

(1) Leopardi, *ad Angelo Mai.*

(2) V. Di Giovanni: *Modi scelti*, ec. Dialogo: *Il Drago, ovvero dei modi, e dell' ornamento della lingua italiana*, pag. 146.

fonde e si addentra. Così, spero, i persecutori della Verità non ci potranno dar la taccia di sfaccendati ed ignoranti; e la Chiesa Cattolica, per mezzo dei suoi figli, non avrà il nome di nemica dell' umano sapere; che anzi potrem noi rispondere a viso aperto a quanti la vorrebbero denigrare coi loro infami scritti, che i cattolici hanno mai sempre amato e promosso il suo progresso, e che « il Cattolicismo è amico e favoreggiatore delle arti peregrine, delle lettere leggiadre, delle scienze austere e profittevoli, dei cambi e delle industrie, che forbiscono, adagiano, arricchiscono, affratellano le nazioni, e di tutto che anima, adorna, abbellisce, conforta, felicita, corregge, nobilita l' umana vita, mirando principalmente ad ammaestrare e ingentilire la plebe, onde riscattandosi dalla miseria e abbiezione, in cui giace, essa s' immegli e diventi popolo (1) ». Felici noi le mille volte, o caro Pietro, se ci toccherà in sorte poter dire di avere in qualche modo contribuito al risorgimento delle lettere, ed a sollevarle da tanta miserrima depressione in cui ora da molti neglette si giacciono! Felici noi se dalla storia e dagli avvenire sarem chiamati fervidi coltivatori della letteratura allorquando, abbattuta l' idra rivoluzionaria, che tutto oggidì sconvolge e tutto impunemente corrompe,

«............... secol si rinnova,
Torna giustizia e suo tempo primiero,
E progenie scende dal ciel nova! »

Palermo, ottobre 1872.

---

(1) Gioberti, *Prolegomeni del Primato morale e civile degli italiani*, pag. 223-224.